hanc uim habent uerba haec· in ipſo & cum ipſo· ut unū
in hiſ atq; conſimile· non contrarium intellegatur·
Quod &iam in inferiorib; manifeſtauit dicenſ· Omnia
ꝑ ipſum & in ipſo creata ſunt· haec enim tria in xp̄o
unum eē· cum ipſo & ꝑ ipſum & in ipſo· ſicut ſupra dixi
muſ· ſcriptura teſtatur· habeſ enim· ꝑ ipſum & in ip
ſo condita eē omnia· Accipe &iam· quia cum ipſo
pater· & ipſe cum patre erat· cum omnia conderent;
Sapientia dicit· Cum pararet caelos cum illo eram· cū
faceret fonteſ aquarum; Et in u&eri teſtamento·
dicendo pater· faciamuſ· oſtendit filium ſecum ado
randum· quaſi omnium conditorem; Sicut ergo in
filio creata dicuntur· quorum filiuſ creator accipit·
ita &iam cum in ueritate adorari dſ̄ dicitur· uerbi
ipſiuſ ꝓpri&ate· in eundem modū conſequenter
expreſſa deb& intellegi· quod & filiuſ ador&ur;
Similiter itaq; ador&ur & ſpſ· quia dſ̄ adoratur
in ſpū; Ergo pater & cum filio adoratur & ſpū· q̄a
trinitaſ adoratur·

·XIII·

An uero negat aliquiſ adorandam diuinitatem
trinitatiſ a&ernae? Cum & ſcripturae diuinae: